



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

4 Vtrum requiratur rectitudo voluntatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

\*epi. 119. c. 9. tom. 2.

\*q. 79. & per 6. q. sequen- tes.

habitu realis, ut distinguitur contra habitudinem rationis: quoniam cum sit ad impossibile haberi quandoque, ut in littera dicitur, & ad futurum, non potest esse realis relatio: sed sumitur realis, ut distinguitur contra affectionalem. Est namque amatum in amate per amorem ipsam secundum affectum: & desideratur ut sit iunctum eidem secundum rem: unde habitudo, de qua est sermo, dicitur realis determinata a termino, ita quod habitudo realis nihil aliud sonat in proposito, quam habitudinem ad conjunctionem secundum rem. Secundo, quod ex responsione ad ultimum non habes quod comprehensio spectat ad intellectum: sed quod nullam operationem addit praevisionem: sed solum relationem resultantem in uoluntate ex uisione, quae est in intellectu. Visio enim ponens Deum in esse praesentia, facit per hoc alterum extremum huius relationis: est enim visio uelut unio rei tenende cum eo quod tenebit.

Super Questionem quartam Arriensium quartum.

In articulo quarto pro quanto probatur in corpore, quod ad beatitudinem comitantur, necesse erigitur rectitudo uoluntatis, quia uidetur ipsa essentia bonitatis &c. Aduerte tria. Primo rationem ipsam: secundo eius efficaciam: tertio aliorum defectum. quod ad primum ratio consistit in hoc. Ipsa essentia bonitatis ita se habet ad uidentem Deum, sicut ratio boni ad creaturam rationalem: sed creatura rationalis non potest diuertere a ratione boni, ergo uidentem Deum non potest diuertere ab essentia bonitatis: sed hoc est habere uoluntatem rectam. ergo. Prima proposi-

\* Augustinus ad Paulinam, de uidentem Deum. Attingere mente Deum, magna est beatitudo: comprehendere autem est impossibile, ergo sine comprehensione est beatitudo.

¶ 2 Præ. Beatitudo est perfectio hominis secundum intellectum partem, in qua non sunt aliae potentiae, quam intellectus & uoluntas, ut in primo \* dictum est: sed intellectus sufficienter perficitur per uisionem Dei: uoluntas autem per delectationem in ipso. ergo non requiritur comprehensio tanquam aliquod tertium.

¶ 3 Præ. Beatitudo in operatione consistit. Operationes autem determinantur secundum obiecta: obiecta autem generalia sunt duo, uerum & bonum: uerum correspondet uisioni, & bonum correspondet dilectioni, ergo non requiritur comprehensio quasi aliquod tertium.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit 1. ad Cor. 9. Sic currite, ut comprehendatis: sed spiritualis cursus terminatur ad beatitudinem. unde de ipse dicit 2. ad Ti. ult. Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruauit: in reliquo reposita est mihi corona iustitiae. ergo comprehensio requiritur ad beatitudinem.

RESPON. Dicendum, quod cum beatitudo consistat in consecutione ultimi finis, ea quae requiruntur ad beatitudinem, sunt consideranda ex ipso ordine hominis ad finem. Ad finem autem intelligibilem ordinatur homo, partim quidem per intellectum: partim autem per uoluntatem. Per intellectum quidem, in quantum in intellectu praexistit aliqua cognitio finis imperfecta. Per uoluntatem autem, primo quidem per amorem, qui est primus motus uoluntatis in aliquo: secundo autem per realem habitudinem amantis ad amatum, quae quidem potest esse triplex. Quandoque enim amatum est praesens amanti, & tunc non queritur: quandoque autem non est praesens, sed impossibile est ipsum adipisci, & tunc non queritur: quandoque autem possibile est ipsum adipisci, sed est eleuatum supra facultatem adipiscientis, ita ut statim haberi non possit: & haec est habitudo sperantis ad speratum, quae sola habitudo facit finis inquisitionem. Et istis tribus respondet aliqua in ipsa beatitudine. Nam perfecta cognitio finis respondet imperfectae praesentiae uero ipsius finis respon-

det habitudini spei: sed delectatio in praesentia consequitur dilectionem, ut supra dictum est. Et ideo necesse est ad beatitudinem ista tria concurrere, scilicet uisionem, quae est cognitio perfecta intelligibilis finis: comprehensionem, quae importat praesentiam finis: delectationem uel fruitionem, quae importat quietationem rei amantis in amato.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod comprehensio dicitur dupliciter. Uno modo in cluso comprehenditur in comprehendente: & sic omne quod comprehenditur a finito, est finitum. unde hoc modo Deus comprehenditur non potest ab aliquo intellectu creato. Alio modo comprehenditur nihil aliud nominat, quam tertio nem alicuius rei, quae iam praesentia liter habetur: sicut aliquis comprehendere, quando tenet eum. & hoc modo comprehensio requiritur ad beatitudinem.

AD SECUNDUM dicendum, quod sicut ad uoluntatem pertinet spes & amor, quia eiusdem est amare aliquid, & tendere in illud non habitum: ita est ad uoluntatem pertinet comprehensio & delectatio: quia eiusdem est habere aliquid, & quiescere in illo.

AD TERTIUM dicendum, quod comprehensio non est aliqua operatio praeter uisionem: sed quaedam habitudo ad finem iam habitum. Unde etiam ipsa visio, uel res uisa, quae praesentia liter adest, obiectum comprehensionis est.

ARTICULVS IIII.

Utrum ad beatitudinem requiratur rectitudo uoluntatis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod rectitudo uoluntatis non requiratur ad beatitudinem. Beatitudo enim consistit in operatione intellectus, ut dictum est: sed ad perfectam intellectus operationem non requiritur rectitudo uoluntatis, per quam homines mundi dicuntur. dicit enim \* Aug. in lib. retractationum. Non approbo quod in oratione dixi, Deus qui non nisi mundos ueri scire uoluisti. Respondere enim potest, multos et non mundos multa scire uera. ergo rectitudo uoluntatis non requiritur ad beatitudinem.

¶ 2 Præ. Prius non dependet a posteriori: sed operatio intellectus est prior, quam operatio uoluntatis,

tio fundatur super hoc, quod ipsa bonitatis essentia in se quidem continet omnem boni rationem longe excellentius, quam ratio boni. Ex quo ponitur clare a qualiterque uia, &c. oportet ut non minoris sit efficaciam in continendo ac circundando omnem uoluntatis motum, quam ratio boni. Secunda uero patet inductiue, quia cum actus uoluntatis sit uelle, aut nolle: & nolle aliquid includat uelle sui oppositi, & uelle non possit esse nisi respectu boni in re, uel in apparentia, ut experimur in nobis, consequens est, quod uoluntas non possit aliquo peccato resillire a boni ratione. Quod ad efficaciam autem rationis scito, quod factum est huius rationi ad propositum, quod uoluntas necessitate ab essentia bonitatis uisa, quod ad communem specificationem actus, quae tamen consistunt rectitudinem in actibus uoluntatis. Intendit namque licet, quod sicut uoluntas omnis a boni ratione necessitate quod ad specificationem communem actus, quia omnis uoluntas tendit in bonum in re, uel in apparentia si aliquid uult: ita uoluntas uidentis Deum si quod uult, oportet quod uelit ratione essentiae bonitatis uisae, quoniam est ei ratio omnia uolendi & nolendi. Et sicut uoluntas omnis libere potest uelle quodcumque obiectum in specie, sub boni tamen in communi ratione: ita uoluntas uidentis Deum, sub ratione tamen bonitatis diuinae. In hoc autem est differentia, quod communis ratio boni ex hoc quod est ratio uoluntatis, non rectificat eam, quoniam potest uoluntas sub illa etiam apparet boni appetere: ipsa uero bonitatis essentia ex hoc ipso, quod est ratio uoluntatis, est rectificatio eius. Recte enim uelle, nihil aliud est, quam fecundum

art. x. huius quast.

D. 366.

Intra q. 5. artic. 4. & 7. cor. Et cap. 3. c. 173.

\* q. 3. art. 4.

\* lib. 1. retractationum. c. 4. non longe a prioribus. c. 1. & lib. 1. folio cap. 4.

dum deum velle: & sic patet vis rationis. Ex qua tertio habetur, & sufficienter, quod beatus non potest peccare non solum in sensu composito, & propter causam extrinsecam, id est, Deum perpetuo rectificatum voluntatem beati: sed propter intrinsecam causam ipsam, scilicet, voluntatis naturam approximato sibi sic, id est per actuale visionem, tali obiecto, scilicet bonitate per essentiam. Vnde videnda est hic Scoti phantasia in 4. dist. 49. quest. 6. tenentis quod ab extrinseco tantum beatus est impeccabilis. Nec tamen respondet huic rationi, nec arguit: sed remittit se ad primum sensum, cuius argumenta in 1. lib. q. 8. 2. artic. 2. soluta sunt. Et si ex verbis eius respondetur huic rationi, quod quantumcumque videatur bonitas Dei, adhuc voluntas remanet libera, iam patet, quod concessio huius consequentis nihil obstat proposito: quoniam, ut iam dictum est, iam est impeccabilis, quod voluntas si vult (velit autem quicquid vult) oportet quod velit ratione bonitatis diuine: sicut modo si vult, oportet quod velit ratione boni. Huiusmodi enim necessitates nihil obstant libertati, quamuis prima auferat libertatem peccandi, tamen non est libertas, nec libertas pars, sed libertas peccandi.

¶ Super Quaestio- nis quarta Ar- ticuli quin- tum.

I N articulo, in re- sponse ad quin- tum occurrit du- bium ad hominem, & simpliciter. Ad hominem quidem, quia S. Thom. in 4. sentent. distinct. 49. quest. 1. articulo, 4. quest. 1. expresse bea- titudinem animae au- geri etiam in ensi- ue resumpto corpo- re sustinet. Cuius op- portum hic docet.

ergo beatitudo quae est perfecta operatio intellectus, non dependet a rectitudine voluntatis.

¶ 3 Præ. Quod ordinatur ad aliquid tanquam ad finem, non est necessarium adepti iam sine, sicut nauis postquam peruenitur ad portum: sed rectitudo voluntatis quae est per virtutem, ordinatur ad beatitudinem tanquam ad finem. ergo adepti beatitudine non est necessaria rectitudo voluntatis. SED CONTRA est, quod dicitur Matth. 5. Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. B & Heb. vltim. Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum.

RESPON. Dicendum, quod rectitudo voluntatis requiritur ad beatitudinem & antecedenter, & concomitanter. Antecedenter quidem: quia rectitudo voluntatis est propter debitum ordinem ad ultimum: finis autem comparatur ad id quod ordinatur ad finem, sicut forma ad materiam. Vnde sicut materia non potest consequi formam, nisi sit debito modo disposita ad ipsam: ita nihil consequitur finem, nisi sit debito modo ordinatum ad ipsum. & ideo nullus potest ad beatitudinem peruenire, nisi habeat rectitudinem voluntatis. Concomitanter autem, quia sicut dictum est, beatitudo vltima consistit in visione diuinae essentiae, quae est ipsa essentia bonitatis, & ita voluntas uidentis Dei essentiam, ex necessitate amat quicquid amat sub ordine ad Deum: sicut uoluntas non uidentis Dei essentiam, ex necessitate amat quicquid amat sub communi ratione boni quam nouit, & hoc ipsum est quod facit voluntatem rectam. Vnde manifestum est, quod beatitudo non potest esse sine recta uoluntate.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Augustinus loquitur de cognitione veri, quod non est ipsa essentia bonitatis.

AD SECUNDUM dicendum, quod omnis actus uoluntatis procedit ab aliquo actu intellectus: aliquis tamen actus uoluntatis est prior, quam aliquis actus intellectus. Voluntas enim tendit in finalem actum intellectus, qui est beatitudo: & ideo recta inclinatio uoluntatis praerigitur ad beatitudinem: sicut rectus motus sagittae ad percussorem signi.

AD TERTIUM dicendum, quod non omne quod ordinatur ad finem, cessat adueniente fine: sed id tantum quod se habet in ratione imperfectionis, ut motus. unde instrumenta mo-

tus non sunt necessaria, postquam peruenitur ad finem: sed debitus ordo ad finem est necessarius.

ARTICVLVS V.

Vtrum ad beatitudinem hominis requiratur corpus.

AD QUINTUM sic proceditur. Videtur, quod ad beatitudinem requiratur corpus. Perfectio enim virtutis, & gratia praesupponit perfectionem naturae: sed beatitudo est perfectio virtutis, & gratiae. Anima autem sine corpore non habet perfectionem naturae, cum sit pars naturaliter humanae naturae: omnis autem pars est imperfecta a suo toto separata. ergo anima sine corpore non potest esse beata.

¶ 2 Præ. Beatitudo est operatio quaedam perfecta, ut supra dictum est: sed operatio perfecta sequitur esse perfectum, quia nihil operatur nisi secundum quod est ens in actu. cum ergo anima non habeat esse perfectum quando est a corpore separata, sicut nec pars separata a toto, videtur quod anima sine corpore non possit esse beata.

¶ 3 Præ. Beatitudo est perfectio hominis: sed anima sine corpore non est homo. ergo beatitudo non potest esse in anima sine corpore.

¶ 4 Præ. Secundum Philosophum in 10. \* Ethic. Operatio felicitatis in qua consistit beatitudo, est non impedita: sed operatio animae separata est impedita, quia ut dicit \* Augustinus super Genes. ad litteram, inest ei naturalis quidam appetitus corpus administrandi, quo appetitu retardatur quodammodo ne tota intentione pergat in illud summum caelum, id est, in visionem essentiae diuinae. ergo anima sine corpore non potest esse beata.

¶ 5 Præ. Beatitudo est sufficiens bonum, & quietat desiderium: sed hoc non conuenit animae separatae, quia adhuc appetit corporis unionem, ut \* Augustinus dicit. ergo anima separata a corpore non est beata.

¶ 6 Præ. Homo in beatitudine est angelus equalis: sed anima sine corpore non aequatur angelis, ut \* Augustinus dicit. ergo non est beata.

SED CONTRA est, quod dicitur Apoc. 14. Beati mortui, qui in domino moriuntur.

RESPON. Dicendum, quod duplex est beatitudo. Vna imperfecta, quae habetur in hac vita: & alia perfecta, quae in Dei uisione

Simpliciter autem, quia ratio ad illud ducit, scilicet, Anima resumpto corpore erit perfectior in se secundum naturam. ergo operatio eius erit perfectior. ergo & beatitudo erit in se perfectior. ergo non solum extensiuè. Et augetur ex hac ratione dubium, quia in corpore huius articuli assumitur haec ratio: & concluditur operatio, in qua consistit beatitudo perfectior.

¶ Ad hoc simul dicendum est simpliciter, & secundum hominem. Sciendum est igitur ex praesenti articulo, quod tripliciter intelligi potest, animam separaram impeditur ex appetitu corporis a perfecta beatitudine. Primò per modum contrarietatis, ita quod sicut uidentis corporaliter im-

peditur propter dolo- rem pedis: ita anima separata propter affectum corporis distrahatur aliquantulum a perfecta uisione Dei: & hoc in littera reprobatur. Secundò per modum defectus intensiui, ita quod ex hoc, quod anima separata deficit in perfectione suae naturae, deficiat etiam in attentione suae rationis, defectu in essendo causante defectum in operando. Et quoniam ceteris paribus operatio attentior est magis intensa, & minus habens intensio- nis, est remissior, ut patet in uisu, & auditu: ex hoc sequitur, quod anima beata resumpto corpore est beator intensiue non ex parte obiecti, aut luminis gloriae: sed ex parte attentionis uisionis consequente perfectionem animae in essendo. Et hanc uiam tanquam probabilem sustineri posse dixit author in quarto sententiarum. vnde sibi inchoans huiusmodi intentionem, dicit: Potest etiam dici, quod etiam beatitudo intensiue, & cetera. Verum hanc opinionem in hoc loco, ut fallam negauit ipsa-

que

3. q. 7. art. 4. ad 2. & q. 6. 15. ar. 10. cor. & ad 2. Et q. di. 49. q. 4. ar. 11. q. 2. cor. & ad 1. & 4. contra. c. 47. fi. & p. q. 5. 2. 10. cor. Et opus 3. cap. 152. Et lib. 19. fin.

q. 7. art. 22.

Cap. 6. to. 5

Cap. 35. cit. me. 10. 3.

Lib. 12. super Gen. ad lit. c. 35. ad med. 10. 3.

Eod. lib. 12. super Gen. c. 35. 10. 3.

q. 3. artic. 8.

at 7. aut.

4.

ra- non rin. & 10.